

Die Originalzeichnung wurde mit der oben angeführten Original-Urkunde bis zum Jahre 1802 in der Abtei Himmerode sorgfältig aufbewahrt. J. M. Clotten, ein fleissiger Sammler vaterländischer Alterthümer und Freund des Klosters hat die Zeichnung bei der Original-Urkunde selber im Kloster gesehen und auch vom Kloster die Erlaubnis erhalten, von der Zeichnung eine Copie anfertigen zu dürfen. Nach der Aufhebung der Abtei im Jahre 1802 ist die Originalzeichnung verschwunden; die Urkunde ruht heute im Staatsarchiv zu Coblenz. Wo die Zeichnung geblieben ist, entzieht sich der Nachforschung. Die Clotten'sche Copie befindet sich auf der Stadtbibliothek zu Trier. Diese Copie ist gemeint, wenn bei Marx, Beyer pp. von der Zeichnung gesprochen wird. Diese Copie ist in Tusche ausgeführt und misst 180 à 293 mm. Sie trägt die Ueberschrift: Copie d'un ancien dessein de l'amphithéâtre. Von der Hand des früheren Stadtbibliothekars Wyttenbach steht unterhalb der Copie die Bemerkung: »Die alte Zeichnung wird in's 13. Jahrhundert gesetzt. W.« Von der Copie Clottens befindet sich auf der Trierer Stadtbibliothek noch eine andere Copie in Wasserfarben 175 à 260 mm. Ein Kupferstich des Amphitheaters, der nach der Clotten'schen Copie genommen ist, befindet sich ausserdem im ersten Bande des inzwischen selten gewordenen Werkchens: Versuch einer Geschichte von Trier, von J. H. Wyttenbach, Trier 1810.

Der Verlust der Originalzeichnung ist in mehrfacher Hinsicht sehr zu bedauern. Wenn auch alle Wahrscheinlichkeit dafür spricht, dass der Verfertiger dem Cistercienserorden angehört und in Himmerode gewohnt habe, so ist dies doch eine Frage, die der Forschung offen bleibt.

Höfer.

Statuta monastica ad S. Lambertum in Styria superiori a nonnullis Abbatibus a saeculo XV.—XVIII. data.

(Mitgetheilt von Victorin Weyer, O. S. B. zu St. Lambrecht.)

Da die altherwürdigen Benedictiner-Abteien Oesterreichs sich gerade jetzt in einem Reformstadium befinden, so dürfte es für manchen von Interesse sein, verfolgen zu können, wie seit dem zeitweiligen Wiederaufblühen der durch Uebertretungen der hl. Regel in Verfall gerathenen Klosterzucht bei Beginn des XV. Jahrh. die Ordensregel in einzelnen Klöstern S. Benedicts beobachtet, respect. wie die öfters in Folge der religiösen Wirren schwankende Disciplin befestigt wurde. Dies geschah entweder durch strenge Beobachtung der hl. Regel oder durch eine mildere Auslegung derselben in nicht wesentlichen Punkten. Solche Reform-

bestrebungen giengen meistens von Päpsten und Concilien aus. Aber auch Aebte verbesserten innerhalb ihres Wirkungskreises die Klosterdisciplin durch Hausstatuten.

Im Folgenden will ich die im Zeitraume von 1435—1748 von einzelnen Aebten des Stiftes St. Lambrecht den Conventen zu St. Lambrecht und Maria Zell gegebenen Statuten der Reihe nach anführen. Beigefügt sind ausserdem die wichtigeren Reformpunkte der dreigliederigen Reform-Commission, welche im J. 1451 vom Cardinal Nicolaus v. Cusa, dem apostolischen Legaten des Papstes Nicolaus V. zur Inspicierung der deutschen Benedictiner-Abteien ernannt wurde. Genannte Statuten sind einem Manuscript des Stifts-Historiographen P. Marian Sterz (gest. 12. Febr. 1834) entnommen, enthaltend „Chronicon monasterii S. Lamberti et Cell. Marian.“

Statuta, quae Henricus II. Abbas suo conventui dedit anno 1435.

Henricus II. Moyker de Hennezheim Abbas (1419--1455) ad concilium Basiliense vocatus 1431 ibidem orthodoxam fidem defendens contra Hussitas se ut murum opposuit. Eminent super omnia in Henrico zelus disciplinae monasticae; propterea ad monasterium suum reversus statim ejusdem reformationem est aggressus saluberrimis statutis legibusque:

1. Ut divinum officium in omni loco et tempore cum omni reverentia et morum gravitate exclusis clamoribus celebretur nec saeculares personae ad psallendum vel cantandum admittantur.

2. Matutinum media nocte inchoetur iuxta laudabilem consuetudinem¹⁾ hactenus observatam.

3. In virtute s. obedientiae praecipit, ne ulla regularis persona huius monasterii peculium proprium habeat, sed omnia ad communem cassam conferantur, ex qua omnibus sufficienter et honeste provideatur.

4. Nullus cum mulieribus temeritate propria loquatur, sedeat, stet, bibat vel manducet imo in ullo cum eis communicet; quicumque autem ex fratribus secus attentare praesumpserit, secundum quantitatem et qualitatem excessus gravissime puniatur.

5. Quia frequens exitus e monasterio et cum personis saecularibus confabulatio devotionem plerumque minuit et aliquoties totaliter extinguit, ut religiosis rara concedatur egrediendi e monasterio licentia, egressuro vero redeundi praefigatur terminus, infra quem si redire neglexerit, tamquam fugitivus ordinis per omnia puniatur.

¹⁾ Bis zur Aufhebung des Stiftes (1786) wurde der mitternächtliche Chor immer gehalten.

6. Transgressores silentii praecipue nocturni, si saepius correcti se emendare contempserint, irremissibiliter plectantur.

7. Dormitorium fratrum Prior vel eius locum tenens nocturno tempore concludat eoque concluso mox singulorum fratrum cellas perlustret cum lumine; si quis vero fratrum e dormitorio aut monasterio nocturno tempore absque licentia exire praesumpserit, absque remissionis gratia duris carceribus mancipetur.

8. In parochiis expositi honeste et religiose verbis, actibus, habitu se conservent, ecclesiastica sacramenta gratis populo administrent, liberaliter tamen data vel oblata accipere possunt, non in suum, sed commune bonum convertenda. Insuper tam plebani,¹⁾ quam eorum socii regulares de acceptis et distributis Abbati faciant fidam et integram rationem.

9. Se ipsum D. Abbas offert, quod singulis annis coram Priore et religiosis officialibus velit dare suae administrationis rationem

Supra memorata et alia saluberrima statuta Abbas Henricus II. anno 1451, 17. mens. Julii in capitulo solemniter in praesentia plurium testium et Notariorum publicorum praemissa invocatione S. Spiritus per solemne sacrum cantatum consentientibus per omnia conventualibus renovavit et publicavit ac in publicum instrumentum redegit addito in fine, quod quantum ad esum carniuum se in omnibus accomodare velint constitutioni Benedicti XII.²⁾ cap. 26 de reformatione monachorum nigrorum, de qua iam in Ortolpho I. Abbate³⁾ mentio facta, vi cuius constitutionis Benedictini per totum annum feria IV. et Sabbato, item a Dominica I. Adventus usque ad Nativitatem Domini et a Dominica Septuages. usque ad Pascha ubique debebant abstinere ab esu carniuum;⁴⁾ extra hos dies poterant comedere carnes in infirmitorio ita tamen, ut semper medietas conventus in refectorio comederit, ubi erit perpetua a carnibus abstinentia.

Quoniam vero haec bulla non ubique accepta vel saltem non observata et in usum deducta est, Nicolaus V. misit suum apo-

¹⁾ Es waren dies auf Stiftspfarrn angestellte Seelsorger, die Nicht-religiösen waren; Papst Hadrian IV. gab dem Abte Otto I. die Erlaubnis 1156, Religiösen als Seelsorger anzustellen. Wegen der Ordensdisciplin aber waren häufig auf den Stiftspfarrn Weltgeistliche angestellt.

²⁾ Die Constitution Benedict XII. ward gegeben am 20. Juni 1336; Bulla incipit: „Summi Magistri, Benedictinam ductam.“

³⁾ Ortholphus Abbas ad S. Lambertum ab anno 1328—1341.

⁴⁾ Iterum facultatem tribus diebus in hebdomada vescendi carnibus obtinuit Henricus II. Abbas a Nicolao V. anno 1452. Tertium Joannes Manerstorffer, Syndicus monaster. S. L. tertia vice Romam dimissus a Sixto IV. iteratam privilegiorum monasterii confirmationem ac facultatem tribus diebus in hebdomada comedendi carnes pro religiosis huius monaster. in perpetuum procuravit 1472

stolicum legatum Cardinalem Nicolaum Cusanum, qui reformationem omnium monasteriorum in Germania suscepit habito concilio Salisburgensi editoque ibidem reformationis decreto. Quia autem praedictus Cardinalis omnia monasteria personaliter visitare non possit, sui loco et autoritate tradita denominavit visitatores et reformatores per universam dioecesem Salisburg. D. D. Martinum Abbatem Scotensem, Laurentium Abbatem S. Mariae Cell. in Austria, Pl. R. P. Joannem Schlitpacher, Priorem Mellicensem.

Hi tres visitatores et reformatores mense Novembr. anno 1451 ad S. Lambertum venerunt, qui habito capitulo et peracta accurata super statu et disciplina monasterii nostri inquisitione pro restauratione qualiter qualiter collapsae disciplinae die 11. mens. Novembr. decreta conformia constitutionibus monasterii Sacri Specus et congregationis Mellicensis promulgarunt publicoque erecto instrumento signata in manus conventus extradiderunt. Quae reformationis puncta, quia nimis proluxa sunt, tantum aliqua nota digna proferimus.

1. Quoad officium, cantum, habitum, tonsuram se conforment monasteriis Sacri Specus et congregationis Austriacae.

2. Usus organorum in praecipuis tantum festivitibus ad utrasque Vesperas et Missam publicam admittatur.

3. Confessores pro fratribus constituantur certi viri discreti et boni zeli.

4. Capitula quotidiana teneantur, in quibus post s. regulae lectionem fiant culparum accusationes et correctiones. Culpae generales singulis mensibus dicantur.

5. Si quis legem silentii post completorium violaverit, disciplinam et comestionem in terra (humi) sustineat

6. Ut occasiones nequissimi vitii proprietatis penitus auferantur, praecipitur D. Abbati et coeteris, ad quos pertinet, ut omnibus fratribus sufficiatur et honeste in victu, amictu et aliis necessariis provideatur, cibi conventuales bene cocti apponantur et ad tollendum fastidium alternentur. Conceditur etiam, ut diebus ieiuniorum pro conventu quatuor cocta fercula, diebus vero binae comestionis ad prandium tria, ad coenam duo in copia sufficiente per singulos aequaliter distribuantur et singuli de singulis scutellis comedant. Panis de tritico vel siligine esibilis et bene praeparatus sufficienter conventui apponatur. Vina mediocria et sana, non pendula aut acetosa vel corrupta in competente mensura per singulos aequaliter ministrentur, crapula et ebrietate semper seclusis.

7. Carnium esus ex speciali commissione Domini Legati apostolici totaliter prohibetur¹⁾ neque hospitibus aut familiae infra septa monasterii carnes ministrentur.

¹⁾ Siehe Anmerkung 4, Seite 309.

8. In dispensatione ieiunii regularis Abbas non sit nimis facilis nec nimis strictus, praesertim ne idem ieiunium conventui toti relaxet.

9. Quia vero non pauci religiosi non quae Dei, sed quae ventris sunt, quaerunt et ideo dum lautos cibos et potus non habent, murmurant et aliis quandoque occasionem quaerulandi praebent, praecipitur, ut Abbas in dubiis circa provisionem in victualibus cum fratribus Deum timentibus et expertis de moderatione victus diligenter deliberet, ad regulam et ad monasteria bene instituta respectum habendo. Quodsi quis contra moderationem victualium sic moderate factam murmurare praesumpserit, in abstinentia vini et duorum ferculorum aut alia abstinentia condigne puniatur, et si alios secum ad murmurandum provocaverit, durius affligatur.

10. Infirmaria cum omnibus necessariis in apto loco constituantur sicque infirmis ab officialibus provideatur, ut quantum fieri potest, nullum defectum patiantur. Caveat tamen Abbas et Prior, ne nimis faciliter fratribus concedat ingressum ad infirmariam, sed infirmitates et conditiones patientium consideret et non indigentibus ingressum realiter persuadeat. Quod etiam circa constitutos in infirmaria, postquam meliorati fuerint, est observandum. Infirmi vero sic se religiose verbis et factis exhiberi studeant, ut amatores vitae religiosae possint iudicari et fides eis possit adhiberi.

11. Usus vestimentorum lineorum et pellium animalium silvestrium omnis prohibetur, stramenta lectorum sint stropodium sive matracium, linteamina lanea, lectulus, pulvinus capitalis cum pannis et mitris capitalibus, quos lectos et cellas Abbas frequenter visitet et videat, ne fratres superflua vel inania teneant. Nullus frater in sua cella cistam vel repositorium sub clausura clavis habeat. Cellae etiam de die sint apertae, ut praesidentibus, quando voluerint, liber pateat ingressus. Nemo tamen ceterorum cellas alterius sine speciali licentia intrare praesumat, secus faciens casum Abbati reservatum incurrat et nihilominus puniatur.

12. Conventualium clausura sic servetur, ut extraneis personis liber non pateat accessus.

13. Pro Novitiis Abbas constituat idoneum magistrum, nemo aliorum eos molestet aut eorum curae se intromittat, contrarium facientes secundum qualitatem excessus puniantur. Ut ipsorum habitus ab habitu professorum sit distinctus, cucullam portent sine manicis in lateribus totaliter apertam et scapulare inferius rotundum. Finito probationis tempore idonei statim ad professionem admittantur nec in ea suscipiantur vel instituantur convivia.

14. Ut D. Abbas levius ferat onus pastorale, quatuor habeat fratres consiliarios cum consilio conventus per schedulas eligendos,

quorum consilio in dubiis occurrentibus utatur, qui statum monasterii non revelent alicui extraneo vel intacito fratri.

15. Ex speciali commissione D. Legati Abbas, si fieri possit, provideat, ut parochiae sacerdotibus saecularibus ad nutum amovibilibus conferantur, si vero hoc fieri non possit, tunc praeficiat fratres zelum habentes animarum et scientia idoneos, qui in lectisterniis et victualibus vivant regulariter, consortia mulierum vitent et si quibus in re domestica indigeant, tantummodo honestas habeant, quas secum in suis habitationibus habitare nullatenus permittant. Remotiores parochiae Abbas semel vel bis in anno vel per se vel per alium visitet, propinquiores frequentius.

16. Nullus fratrum intra monasterium existens aliquam pecuniam, quantamcunque parvam apud se detineat per unum diem naturalem.

17. Singulis annis circa festum Purificationis B. M. V. Prior, Cellarius, Plebani aliique officiales sua officia in plena congregatione resignent, ab Abbate cum consilio Consiliariorum vel confirmandi vel mutandi; Abbas tamen non sit valde facilis ad mutandos officiales.

18. Praelatus in refectorio non utatur ministerio saeculari, neque ibi habeantur sermones et iocularia etiam pro hospitibus, nisi forent Episcopi aut principes vel personae potentes nec ibidem sint canes, aves, et similia ad monachos non pertinentia, sed consueta lectio mensalis. Item nec Abbas nec alius aliquis monachorum de ballista sagittare vel ludere cum taxillis in area vel aliunde praesumat. Prohibentur etiam omnis generis arma, sclopeta, gladii, enses, seu illa habere seu tractare.

Statuta ab Abbate Martino I. proposita conventui Cellensi anno 1601.

Martinus I. Alopitius, Suevus, antea Abbas Garstensis (Austria superior.) a monasterio nostro postulatus Abbas S. Lamberti erat (1599—1613) et in temporalibus et spiritualibus „Restaurator et alter fundator“ dicitur. Quo munus abbatiale suscipiente tristis erat status¹⁾ spiritualis et temporalis nostri monasterii. Martinus ipse praeconem egit et plurimas spei bonae adolescentes suscepit, unde subiectam sibi familiam in tantum auxit, ut ingrediens decem senescentes monachos inveniens triginta religiosos moriens relinqueret. Conservaturus monasticam disciplinam non paucos virtute ac sapientia conspicuos monachos aliunde adduxit, ex quo factum est, quod S. Pauli in Carinthia

¹⁾ Das Stift war nahe daran, in den Besitz der Jesuiten überzugehen. Dies zeigt uns folgendes Sprüchlein der Jesuiten über Abt Martin: „Martine, Martine, nisi tu fuisses ac venisses, monasterium S. L. in nostrum transisset collegium.“

Abbas pro reformatione sui monasterii religiosos sibi e nostro asceterio expetierit. Nec erat Martinus signior in temporalibus; creditorum nomina infra dimidium delevit, dominia plurima redemit, amotis laicis praefectis religiosos substituit.

Statuta, quae Martinus Abbas conventui in monasterio dedit desunt.

Statuta pro conventu Cellensi¹⁾ sunt haec:

1. Volentes meliorem ac ab aliquo retro tempore factum est, observationem introducere vobis in virtute s. obedientiae mandamus imprimis, ut a cibi potusque superfluitate abstinere.

2. Foeminarum consortium atque familiaritatem tum propter periculum, tum propter scandalum et oblocutionem aliorum omnino defugiatis.

3. Conversatio vobis cum peregrinis rara sit, praesertim post confessionem ad eorum mensam accedere nequidem invitati debetis.

4. Patribus nec non scholaribus²⁾ totique familiae cibi ministrantur in tempore et ita parati, prout singulorum exigit conditio. In numero ferculorum praecipue quoad pisces parcitas adhibeatur, feria VI. iusculo et duobus ovis aut alio eiusmodi contenti sitis.

5. Vinum et cerevisia non ad arbitrium, sed ad dimensum singulis apponatur.

6. Ab equorum equitatione penitus abstinete, quia levitatem sapit nec periculo vacat.

7. Operariis diligenter invigilate, nam alioquin omnia perfunctorie faciunt et oscitanter.

8. E choro nulli liceat emanere, quovis praetextu et quaesito diabolico colore etiam intuitu curae domesticae seu rei familiaris, si quidem eiusmodi labores officii divinis praemitti possunt aut postponi.

9. Nullus praesumat vinum aliunde emtum inferre aut extra domum conpotare sub poena excommunicationis.

10. Si hospites adveniant, unius, duarum, trium mensurarum non est habenda ratio, sit tamen discretio et non profusio.

¹⁾ Dem Convente zu Maria Zell, der zu St. Lambrecht gehörte, stand der jeweilige P. Superior vor. Der Convent zählte wegen der Wichtigkeit des Wallfahrtsortes bis ungefähr 1800 im Sommer 30, im Winter 18 Mitglieder. Gegenwärtig sind bloss 7 Stiftsmitglieder daselbst in der Seelsorge thätig.

²⁾ Darunter sind die Sängerknaben zu verstehen, die in einem Convicte innerhalb des geistlichen Hauses untergebracht waren und von den Conventualen in den Gymnasialfächern meistens unterrichtet wurden. Unter Kaiser Joseph II. wurde dies Convict aufgelassen.

11. Omnes cuiuscunque generis et quantitatis obventiones parochiales consignentur Oeonomo seu Superiori, qui eas in capsula conservet et exinde postea singulorum necessitatibus sine tergi-
versatione, quoad fieri potest, provideatur.

12. Tuizationes hactenus observatae penitus tollantur nec se invicem dominos compellent, sed patres se patres, fratres se fratres vocent, titulus reverentiae solum competit superioribus, senioribus, emeritis.

13. Clausura servetur strictius.

14. Convivia totaliter inhibentur.

15. Nunquam quocunque praetextu mulieres invitentur ad tabulam religiosam, imo nec ingredi permittantur.

16. Vinum sit omnibus commune.

17. Capitulum tam menstruum quam hebdomadarium servetur, uti et lectio super mensam.

18. Coram hospitibus caute loquantur nec faciles sint ad illos invitendos.

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

Ordens - Nachrichten.

I. Zur Geschichte der französischen Benedictiner-Congregation im Jahre 1888.

Bei dem Umstande, dass uns gerade über diese Congregation nur spärliche Berichte zukommen — was allerdings der durch die politischen Verhältnisse verursachten traurigen Lage derselben zuzuschreiben ist, — wird unsere Leser zweifelsohne nachfolgender Bericht interessieren, den wir dem p. t. hochw. Herrn Beda Plaine aus St. Domingo in Silos verdanken.*)

Das Jahr 1888 war für die französische Benedictiner-Congregation ein gnadenreiches und gesegnetes, wiewohl derselben Prüfungen und Trübsale nicht erspart blieben. Die den religiösen Orden feindselige Regierung Frankreichs, welche bereits seit 8 Jahren dieselben mehr oder weniger bedrückt, hat in gewisser Hinsicht diese feindseligen Massregeln nicht nur nicht aufgegeben oder erleichtert, sondern dieselben noch mehr verschärft. An weiteren Trübsalen, die über die Congregation hereinbrachen, verzeichnen wir: 1. Der hochwürdige Abt von Solesmes und General-Superior der Congregation, Dom Charles Couturier, war vier Monate lang, vom September 1888 bis Februar 1889

*) Wir sprechen bei diesem Anlass die Hoffnung aus, dass uns auch über das verflossene Jahr 1889 ein gleicher Bericht zukommen werde, und richten die bezügliche Bitte hier gleichfalls an den genannten hochw. Herrn.